

Johannis I, §.14:

Ο Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν,  
πλήγεντος χάριτος καὶ αἰληθείας.

**M**emorabilis sanè est loquutio Johannis Theologi  
Apocalypticus, quando de Filio Dei ἐν σάρκω sermonem habens  
eum appellat ἀρχίον ἐσθιγμένον ἀπὸ καταβολῆς κόσμου (1),  
Agnum occisum ab origine mundi, quod sanè κατὰ τὸ ὄντο in-  
telligi neg potest, neq ipse Theologus ita intelligendum præscripsit;  
sed occisus fuit in sacrificiis Patriarcharum, in holocaustis Levi-  
ticis, in typis vaticiniis, nec peccemus, si addiderimus, in Vete-  
rum piorum suspiriis. Certè non diffitebitur ipse ille, de quo nobis  
sermo est, (et debet quidem esse semper) Salvator Christus, quando  
apud Lucam (2) ad suos, quos propter visionem sui tergeminam  
παμμάναρας prædicat et omnium beatissimos, dixit Apostolos,  
Multos Prophetas & Reges voluisse videre, quæ ipsi viderent,  
nec tamen vidisse; & voluisse audire, quæ ipsi audirent, nec ta-  
men audivisse. Et quando apud Joannem Evangelistam (3)  
Iudeis, degeneribus Abrahami posteris, regerit, Abrahamum, Pa-  
trem ipsorum, ἀγαλλιάσασθαι (ut postea exultavit Maria vir-  
go in Deo, salutari suo, et David iussit pios ita exultare) exulta-  
visse, ut videret diem Filii-hominis (incarnationem in tempore  
sive ministerium Christi in his terris). Suffragatur Magistro huic  
discipulus B. Petrus Apostolus, qui postquam post Ascensionem Christi  
in templo Hierosolymitano ad viros Israëlitas dixisset (4), O-  
mnes Prophetas (post Moysen, quem anteal (5) singulariter alle-

ga-

(1) cap. XIII, v. 8. (2) cap. X, v. 23, 24. (3) cap. II, v. 56. (4) Act. III, v. 24. (5) l.  
cit. v. 22.